



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 66. Anceps prælium nocte interruptum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

## §. LXVI.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1515.*Anceps prælum nocte inter-  
ruptum.*

Datum est prælio initium die decima *Raynald. an.*  
*tertia Septembbris secunda post me-* 1515. n. 20.  
*ridiem hora, jamque ad quintam diei ho-*  
*ram protrahebatur, donec densiores no-*  
*ctis tenebræ dimicantibus prospectum o-*  
*culorum afferentes pugnam interrupis-*  
*sent: eadem tamen die Bellemontius Co-*  
*mæs Connestabilis frater, Sancerrus Co-*  
*mæs & Imbercius trucidati fue-*  
*re; ipse quoque Connestabilis idem fa-*  
*tum subiisset, nisi a decem vel duodecim*  
*equitibus, qui tamen potissimos hostium*  
*ictus excepere, circumfusus periculum*  
*evasisset: Prælio igitur intermisso quies,*  
*quamvis minime petita, aliquantum ab*  
*armis fuit: In hoc conflictu Rex nonnisi*  
*quinquagesimum passum a conferto Hel-*  
*vetiorum agmine aberat, abs dubio ca-*  
*ptus, si ab hoste agnitus fuisset; longe*  
*majus tamen discrimen adiit mutato cer-*  
*taminis loco. Nihilominus repetitum*  
*hostium impetum præsentiens, sedulo e-*  
*quites suos in aciem instruxit, bellique*  
*tormenta ad singulos castri sui aditus op-*  
*portune collocari jussit; cumque vehe-*  
*mentius eum sitis premeret, ægre ad-*  
*modum ei frigida ex puro fonte propina-*

*Hist. Eccles. Tom. XXXIII. G ri*

Sæcul. XVI. ri poterat, reliqua enim omnis occiso.  
 A.C. 1515. rum sanguine vitiata erat: post hæc sem-  
 per in armis perstigit, ne galea quidem  
 detracta, neque somno capto, nisi quan-  
 tum corpori in tormenti currum tan-  
 tisper inclinato licuit, ubi tamen eum velut  
 duris assuetum arctissimus somnus com-  
 plectebatur.

## §. LXVII.

*Prælium postera die redinte-  
gratum.*

*Marian.* l. 30. *A*ltera die decima quarta Septembbris  
*n.* 126. Helvetii albescente aurora pugnam  
*Mocenigo* l. 6 majori quam antea rabie redintegrabant,  
*Justiniani* tantoque impetu in medium aciem, cui  
*l.* 12. Rex præerat, effundebantur, ut nigræ  
 Legiones plusquam sexaginta passibus pe-  
 dem referre compellerentur, & abs dubio  
 penitus prostratæ fuissent nisi multa globo-  
 rum flammæque tempestas e Gallicis tor-  
 mentis emissa hostium ordines attenuas-  
*Genoivillac* set: Adeo enim perite a Jenolao Galio-  
 to rei tormentariæ Præfecto tormenta  
 disposita, librataque erant, ut plumbeæ  
 glandes, & a fronte & a tergo circum-  
 volitantes continentि clade cunctos Hel-  
 vetiorum peditum ordines perrumpe-  
 rent. Jam quartam diei horam cruenta  
 pugnantium aviditas tenuit, ac Helvetii,  
 cum nigras legiones, quamdiu eas Con-  
 nestata-